



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Linda Mariana, Sive De B. Virgine Lindensi**

**Clagius, Thomas**

**Coloniae Vbiorvm, 1659**

IX. Excisâ Lindâ Marianâ, nequaquam excisa, quin potius aucta & confirmata loci religio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11544**

quam ore usurparetur ; quidni indignissimum censemus eum, qui non jam Diana fabulosa, sed divinissima supreni Numinis parentis Ædem subrumpit Imaginem, & Imagini destinatam à Deo sedem Tiliam pessundedit ac perdidit? si quis tamen Erostratus nomen magnopere nosse desiderat, vicinorum Præfectorum nomina in Tabulariis exutiat: neque enim aliis inter præfectos , qui Theutonicorum Commendatorum occuparunt locum , prior census potuit , nisi qui in tanto sacrilegii tacinore primus tenuit.

## C A P U T I X.

Excisâ Lindâ Marianâ, nequaquam excisa, quia potius  
ita, & confirmata loci religio.

**P**Erfrictæ omnino, aut nullius potius frontis, si oportet omnes ii , qui singularem cum alibi, rur etjam apud Lindam Marianam, populi Catholicæ pietatem ac Religionem, non verentur Idololatriam, illiberali sapientie voce, aut potius immani, & præquam meretricia, prostitutaque insaniam, vocare. enim res ita haberet, excisâ Tiliâ, perditâ pessundâ que Deipara Imagine, hoc est sublato, ut illi invocant, idolo; everto olim ac solo æquato fano; tandem esse reliqui potuit, quod aut Idololatram Lindam evocare, aut coli ab iisdem Lindæ posset? Embescite tandem si potestis, ô miseri; atque vel exegiostissima hac apud Lindam pietate Catholicorum aliquando discite ; quam & vos naviter sitis impudentes, ac mendaces ; & Catholicî, erjam in Deiparorumque cultu piissimè prudentes, ac verissime religiosi.

religiosi. Quemadmodum enim Tilia succisa, Imagine sublata, everso que sacello, nihil aliud, nisi supremum Numen, colunt, venerantur, & adorant; ita, cum illa salva essent omnia, nihil in iis, nisi idem Nomen adorabant, venerabantur, & colebant; adeo que nunc quoque in Deipara, & Cælitibus, Deiparæ aut Cælitum, signis, ædibus, Imaginibus, aut sacris locis & Liplanis, nihil nisi gloriosum in sanctis Deum, adorant & colunt. Quod porro hoc, vel alio loco, id majore pietatis sensu agant; aut potius, quod Deus Opt. Max. hoc potius loco quam alio cultores suos exaudiat, gratia que & beneficiis suis cumuleret, poterant jam ex citato alibi S. Augustino ( si vellent, ut aliquando saperent) erudiri. Quandoquidem autem hoc, quo Tilia stetit, & qui nunc quoque à Tilia nomen habet, loco, Deus sese mortalibus eximiè protinus, ac largissimè munificum semper exhibuit, & in horas exhibet; mirum non est, si & olim tanta ad eum frequentia atque multitudine, populi semper undique confluxerint, & nunc insuper confluant. Videtur enim quasi certamen quoddam, cum impietate atque immanitate hæretica, instituisse eo loci benignissimus Deus. Hæretici quidem, non secus ac ille, à quo hæreseos toxicum hauserunt, tartareus serpens, calcaneo Virginis insidiando, honorem cultumque ejus obterere nititur; at benignitas beneficentia que divina, non modò sartam teatamque eo loco Deiparam conservat; verum etiam per ipsos quoque adversariorum conatus, magis ac magis promovet. Hæretici, ut Deiparae cultum, locisque ipsius religionem extirpent, sacellum & Tiliam funditus

exscindunt;

excindunt, Imaginemque Deiparæ dissipant; atē  
diverso bonus Deus, Imaginis loco, non tam oculis,  
quām animis mortalium, reverentiam suæ Matris  
tantò majorem imprimit, firmoremque; quanto al-  
tiùs firmiusque hærent, quæ animis hominum, quām  
quæ oculis duntaxat obversantur. Hæretici extolle-  
to, excisoque Lindensi facello atque asylo, homines  
omnibus Dei & Deiparæ beneficiis orbare, adeo-  
que omnes divinæ munificentia fontes, ipsis eversi  
facelli ruderibus obruere, memoriamque eorum  
cum ipsa quodammodo terra eradere moliuntur:  
Deus, cui, vel de petra ac silice aquas & flumina pro-  
ducere nihil est insolens, in ipsis quoque excisi Lin-  
dæ ruderibus, ubertimas gratarum beneficiorumq;  
suorum destinavit exhibere scaturigines. Nequemini-  
nus, quām destinārat, exhibuit. Sicut enim homines  
quos verus illa pietas ac religio, vel ex ipsis Linda ru-  
deribus, & squalore situque loci singulariter afflabu-  
simul, & exhilarabat, nullis, quemadmodum jam di-  
cetur, hæreticorum minis, strophis, aut suppliciis abi-  
teret, ne dicam arceri inde poterant; ita Deus,  
non majora, certè prioribus paria, in loco, quantum  
cunque deserto, beneficia cumulatissimè largiebi-  
tur; ut vix ullus in excisa desertaque jam Linda, Lin-  
dam videretur jure posse desiderare. Quocirca ho-  
mines, villæ, oppida, & provinciæ locum deserratum  
frequentare, ut antè; preces supplicationesque fac-  
re, ut antè; vota, anathemata, & donaria perfervi-  
Dei, Deiparæque iubidia assatim experiri; cælesti-  
busque beneficiis cumulari ut antè. Nimirum ace-  
sus ille ruderum, quem in medium facelli locum

Per Lindæ Marianæ excidium, loci religio confirmata & aucta. 203  
quo olim Tilia steterat, aggererant sacrilegi, quasi  
Aurifodina quædam piis omnibus fuit: ut, quibus  
egerent, quæque à D<sup>o</sup> & Deiparæ poposcissent,  
inde quodammodo sibi eruerent: adeò, ut nemo in-  
de voti impos abiret; nemo, si exteriorem loci ornata-  
tum, qui antè fuerat, amænitatemque demas, quid-  
quam præterea magnopere requireret. Atque hoc  
nimurum (ut ad divinam Regii variis lyram numeroso-  
que canamus) nil propè aliud erat, quam sugere mel de  
petra, oleumq<sup>z</sup>, de saxo durissimo: evenitque hīc, tal-  
tem in spiritu, D<sup>e</sup>i & Ecclesiæ Catholicæ filiis quod  
filiis Israël, ab Ægyptiis & Pharaone quondam op-  
pressis (a) Quantò opprimebant eos, tanto magis multi-  
plicabantur, & crescabant; adeoque (quod ante præ-  
missum fuerat) quasi germinantes multiplicati sunt. De-  
solatus ac desertus erat tum Lindæ Marianæ locus;  
at in eo veri filii Israël germinabant; & instar rosa-  
rum, inter illas veprium spinas, pulcherrimè efflore-  
scabant: constringebant illam filiorum D<sup>e</sup>i in cultu  
divino libertatem, immanes illi hærescon hæretico-  
rumque ministri; nihilominus illi crescabant; vel po-  
tius, ut in Hebræo legitur, erumpabant; quia, uti Cor-  
nelius ad eum locum addit, perinde atque Aqua aut  
fluvius, quò magis arctatur & concluditur, eò majo-  
re vi & copiâ eluctatur, aggeres obicesque perfrin-  
git & erumpit; ita & olim filii Israël in Ægypto op-  
pressi; ita postmodum Catholicæ omnes, Ægyptiacæ  
apud Lindam Marianam servitute, per Pharaonem  
Ministrosque Pharaonis inducta. De qua servitute  
jam supereit differendum.

(a) Exodi 1,12,

## CAPUT